





1709.

1. ^{act} ^{liber} ^{marin}, Wallraben Christoborus: De commissione

Caesarea in comitibus imperii 2 Sauff. 1709. 1748

2. Boederus, Iohannes Henricus: De potestate

principum imperii

3. ^{act} Boederus, Iohannes Henricus: De bello Imperatori

Carolo VI a Maximiliano Iosepho Elect. Palatino, Turbique

inde in imperio exortis. 2 Sauff. 1709. 1749.

4. Boederus, Iohannes Henricus: Quaestiones ex jure

civili, canonico, feudali atque publico.

5. Elvers, Josephus Philippus: De jure incolarum.

6. Felzius, Iohannes Henricus: Incerta controversiarum

juridicarum de jure empty tentes.

7. Felzius, Iohannes Henricus: Odibata juris contro-

versari de testamentis principum Imp.

8. Felzius Iohannes Henricus: De proclamatione res-
ponsatorum.

1709,

9. Leguel, Petrus Terminus: De compensationibus.
10. Hottel, Antonius: De presumptionibus.
11. Linckius, Terminus Hubertus: De fundamento voti
comitalis.
12. Linckius, Teren. Hubertus: De prerogative Comarum
in successione ex 2 feud. 50.
13. Marbachus, Hieron.: De testamento feudali.
14. Selgmannus, Johann.: Specimen anatomiae curiosa et utilis

1710.

1. Boeckerus, Joh. Hieron.: De venatione
2. Kettler, Carolus Comitiolus, 1. 6a: De acquireto et amisso
imperii Roman. Germanici in Livoniam jure.
3. Boeckerus, Joh. Hieron.: De superioritate territoriali
comitum imperii
4. Feltyus, Johann. Hieron.: De canonibus et jure eorum.

1710

5. Feltyus, Iohannes Mauricus: De statu immediatae P. R. F.
6. Feltyus, Iohannes Mauricus: De Electoribus ecclesiasticis
in universum.
7. Feltyus, Iohannes Mauricus: De appellabilibus.
8. Feltyus, Iohannes Mauricus: De Suffragiis statuum
in comitiis imperii universalibus.
9. Feltyus, Iohannes Mauricus: De factis iuris circa sacra.
10. Feltyus, Iohannes Mauricus: De prelio in emphiteuse venditione
11. Walpott, Iohannes Jacobus l. b. Sc: De electorum iuribus
praerogativis
12. Linckius, Ferrinus Eberhardus: De differentia Comi-
tum imperii immediatorum et mediatorum.
13. Marbachius, Morian: De fundo prius a Titio.
14. Schuebler, Iohannes Tobias: De alienatione rerum
sacrarum ad authenticam praeterea post legem d. p.
de sacro sanctis ecclesiis

1711
1. *[Faint handwritten text]*
2. *[Faint handwritten text]*
3. *[Faint handwritten text]*
4. *[Faint handwritten text]*
5. *[Faint handwritten text]*
6. *[Faint handwritten text]*
7. *[Faint handwritten text]*
8. *[Faint handwritten text]*
9. *[Faint handwritten text]*
10. *[Faint handwritten text]*
11. *[Faint handwritten text]*
12. *[Faint handwritten text]*
13. *[Faint handwritten text]*
14. *[Faint handwritten text]*
15. *[Faint handwritten text]*
16. *[Faint handwritten text]*
17. *[Faint handwritten text]*
18. *[Faint handwritten text]*
19. *[Faint handwritten text]*
20. *[Faint handwritten text]*
21. *[Faint handwritten text]*
22. *[Faint handwritten text]*
23. *[Faint handwritten text]*
24. *[Faint handwritten text]*
25. *[Faint handwritten text]*
26. *[Faint handwritten text]*
27. *[Faint handwritten text]*
28. *[Faint handwritten text]*
29. *[Faint handwritten text]*
30. *[Faint handwritten text]*
31. *[Faint handwritten text]*
32. *[Faint handwritten text]*
33. *[Faint handwritten text]*
34. *[Faint handwritten text]*
35. *[Faint handwritten text]*
36. *[Faint handwritten text]*
37. *[Faint handwritten text]*
38. *[Faint handwritten text]*
39. *[Faint handwritten text]*
40. *[Faint handwritten text]*
41. *[Faint handwritten text]*
42. *[Faint handwritten text]*
43. *[Faint handwritten text]*
44. *[Faint handwritten text]*
45. *[Faint handwritten text]*
46. *[Faint handwritten text]*
47. *[Faint handwritten text]*
48. *[Faint handwritten text]*
49. *[Faint handwritten text]*
50. *[Faint handwritten text]*
51. *[Faint handwritten text]*
52. *[Faint handwritten text]*
53. *[Faint handwritten text]*
54. *[Faint handwritten text]*
55. *[Faint handwritten text]*
56. *[Faint handwritten text]*
57. *[Faint handwritten text]*
58. *[Faint handwritten text]*
59. *[Faint handwritten text]*
60. *[Faint handwritten text]*
61. *[Faint handwritten text]*
62. *[Faint handwritten text]*
63. *[Faint handwritten text]*
64. *[Faint handwritten text]*
65. *[Faint handwritten text]*
66. *[Faint handwritten text]*
67. *[Faint handwritten text]*
68. *[Faint handwritten text]*
69. *[Faint handwritten text]*
70. *[Faint handwritten text]*
71. *[Faint handwritten text]*
72. *[Faint handwritten text]*
73. *[Faint handwritten text]*
74. *[Faint handwritten text]*
75. *[Faint handwritten text]*
76. *[Faint handwritten text]*
77. *[Faint handwritten text]*
78. *[Faint handwritten text]*
79. *[Faint handwritten text]*
80. *[Faint handwritten text]*
81. *[Faint handwritten text]*
82. *[Faint handwritten text]*
83. *[Faint handwritten text]*
84. *[Faint handwritten text]*
85. *[Faint handwritten text]*
86. *[Faint handwritten text]*
87. *[Faint handwritten text]*
88. *[Faint handwritten text]*
89. *[Faint handwritten text]*
90. *[Faint handwritten text]*
91. *[Faint handwritten text]*
92. *[Faint handwritten text]*
93. *[Faint handwritten text]*
94. *[Faint handwritten text]*
95. *[Faint handwritten text]*
96. *[Faint handwritten text]*
97. *[Faint handwritten text]*
98. *[Faint handwritten text]*
99. *[Faint handwritten text]*
100. *[Faint handwritten text]*







Ms. 2. 1000 8.

DISSERTATIO INAUGURALIS

1789 13

COMMISSIONE

IN ACADEMIA IN CENSURIS
IMPERII

Quam sub

Auspicio Divini Numinis

Ex Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI NOBILISSIMAE

UNIVERSITATIS SILESIENSIS ATQUE

BOHEMICAERUBICUNDIAE

ACADEMIAE IN CENSURIS

IMPERII

PRO LICENTIA


PRO LICENTIA


Summos in utroque Jure honores &

Privilegia Doctoralia legitime consequendi

Summi Eruditionis Examinis

Summi Eruditionis Examinis





175.
B. C. D.
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

Decisionem casûs Practici

DE

11
M
1709,9
COMPENSA-
TIONIBUS

exhibens

Quam

Præside Divino Numine

Ex Decreto

Magnifici, Amplissimi, atque Consultissimi
Sciorum Ordinis,

In Celeberrima Argentoratensium

UNIVERSITATE,

Pro consequendis Summis in Utrôque Jure

Honoribus & Privilegiis

DOCTORALIBUS

(Solenni Eruditorum Examine

submittit

PETRUS HIEREMIAS GOGUEL,

Montisbelgardensis.

Ad d. 20. Februarij M DCC IX.

horis locoque consuets.

ARGENTORATI,

Literis JOHANNIS FRIDERICI SPOOR.

SERENISSIMO ac ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO
DOMINO
LEOPOLDO
EBERHARDO

Duci Wirtembergiæ & Tecciaë,
Comiti Montisbelgardensi, Dynastæ
Heidenhemii &c.

PRINCIPI ac DOMINO
SVO CLEMENTISSIMO

Ob infinita

Quæ à SERENITATE SUA accepit
beneficia

Studiorum

Quibus per

MAGNIFICENTIAM PRINCIPALEM
incumbere licuit,

Coronidem

D. D. D.

Humillimus SERENITATIS SUÆ
cliens & subditus

PETRUS HIEREMIAS GOGUEL.



Serenissime ac Illustrissime

PRINCEPS
DOMINE CLEMENTISSIME



Lores ferunt dari, qui per-
petuò ad Solem se convertunt, quo
pulchritudinis suæ auctorem assi-
duè quasi contemplentur, & Gra-
tos se, acceptique beneficii memo-
res

res testentur. Idem mihi, non hodiè solum, sed per omnem vitæ cursum facere convenit, Serenissime simul & Munificentissime Princeps, neq; oculis tantum, sed cogitatione, TE ubique sequi, TE intueri, à TUO non dicam motu, sed etiam nutu pendere, & velut Auctorem meæ vitæ ac Parentem felicitatis agnoscere: Et licet singularis ad tale tam justum naturaliter mihi ingenta sit propensio officium, summa tamen etiam ad id, ut subdito fidei adeò dignum suscipiam consiliū, me deducunt rationes; Quas longius indagare quis non diceret superfluum? Noverunt enim omnes, Serenitatem Vestram multis magnisque Parentes meos esse complexam beneficiis, quæ vel enumerare minimè sum ego suscepturus. Tot tanta enim sunt, ut deficiant me certè verba, calamusque torpeat, stupentique similis animus hæreat admiratione ita suspensus, ut mihi eximia Serenitatis Vestræ in illos merita pervolventi, consultius videatur nihil conari,

ri, quàm id inchoare, quod exequi non possem, calamitatem quippe propulsavit ab illis, peste præsentissima illos liberavit, & iam præcipitantes, certumque ruentes in exitium **Principali Robore** sustinuit. Noverunt porrò omnes, **Serenitatem Vestram** singulari me semper prosecutam esse favore, insigniaque esse, quæ in me beneficia contulit, ita ut habeam, cui plus, quàm **Serenitati Vestræ** debeam, neminem, & fatear me nunquam **Serenitatis Vestræ** in me meritorum **AMPLITUDINEM** digna Oratione concelebrare posse: Quod enim per biennium in hac **Celeberrima Universitate** morari licuerit mihi, **Serenitati Vestræ** acceptum refero, interque innumera, quibus familiam nostram ornare non destitit, beneficia, illud **Gratiæ Principalis** argumentum eminere arbitror, quod **Serenitatis Vestræ Munificentia** facultas mihi data sit prosequendi literarum **Studia**, quibus


) (

—(o)—

bus penè jam valedixeram, vel valedicere còactus
fuissem, nisi Tanto auxilio fuissem sustentatus. No-
lebas autem, PRINCEPS CLEMENTISSIME invi-
tus fierem desertor Studiorum, quibus incumben-
di ardenti hactenùs flagravi, imò & flagro desideriò:
Neque ferebat GRATIA, quâ apud TE florere con-
cessum est, inimicis in re meâ adverta exultandi
diutiùs esse materiam, sed præcisâ ipsis tali gauden-
di ratione, spes data est res meas pristinum recupe-
raturas esse Statum. Mihi Mœcenas Gra-
tiosissime, hæc omnia attentâ cogitatione per-
pendenti observare liceat. Serenitatem Ve-
stram Serenissimi Parentis, Cujus ob-
itum adhuc & ipse mœstissimus lugeo, memoriæ
honorem habere summum, dùm se illis studere
palàm profitetur, quos Serenissimus Parens
Optimus, singulari, cùm viveret, prosequen-
batur benevolentia: Avique mei, apud IL-
LAM multùm valere recordationem, simul a-
nimadverto, dum Sese Indefessum præbet il-
lorum Protectorem, quos Serenitati Ve-
stræ in libro quodam, quem Ipsi inscripsit, de-
centi

centi cum submissione commendare ausus est humillimus subditus, cujus vestigia premere honori mihi duco non exiguo. Pronus igitur accido ad SERENITATIS VESTRÆ genua, & subjectissima cum pietate offero hoc exantlatorum examinum specimen, in æternum meæ gratitudinis, meique obsequii argumentum. Primum enim hoc divini muneris beneficium, in civilibus, habeo, quod in SERENITATIS VESTRÆ ditione, ex subdito ILLI fidelissimo, SERENITATIS VESTRÆ nutus pro vivendi regula in perpetuum veneraturus, vitalem hausit spiritum; SERENITATIS VESTRÆ aspectu in spem & cupidinem proficiendi erectus, ac Clementissimo alloquio hortatuque recreatus. illam perrexi viam decurrere, quæ ad exhibenda SERENITATI VESTRÆ devotissima Servitia, vel unica, vel rectissima censeatur. Non equidem ingenii aut Studiorum tanta mihi fiducia est, ut expectationem de me vel concitare aliquam vel sustinere valeam. Voluntas, vitam amittendi arbitrato OPTIMI PRINCIPIS, subditi fidem ac officium, si vel omnia desint alia, expleverit. Interea oculis propitiis, qui ut Sidera honorem & salutem Reipubli-

ca



ca affulgent, ne dedignetur SERENITAS VESTRA, recipere Coronidem examinum, quam Tutelæ Nominis Ipsius subicere audeo, hanc de Compensationibus Decisionem. Quod si à Gratiōsa Serenitate Vestra obtinuerim, in spem proximæ felicitatis ingressurus sum. Deus Ter Optimus Maximus SERENITATEM VESTRAM in longam annorum seriem seruet Florentem atq; incolumem, Aulam eminentem Illi, omniaque Principis & Hominis decora largiatur. Vale Mœcenas Generosissime, & Fave fidelissimo subdito, qui eandem, quâ apud Majores Tuos valuerunt Avus, Proavus &c. de Serenitate Tua sibi despondet Gratiam. Fave inquam

SERENITATIS TUAE

Dabam Argent. d. 15. Febr.

1709.

Humillimo clienti & subdito
Petro Hieremiæ Goguel.





B. C. D.

Proæmium.

DE Compensationibus disputaturi non inutile fore arbitramur, si, priusquam ad materiam ipsam deveniamus, pauca circa ipsius æquitatem annotaverimus: Cùm enim non ita dudum talia experti simus, quæ eò forsan adducere possent plurimos, Legum tamen minùs peritos, ut credere possent, nos iniqui aliquid statuere, si æquitatem Compensationis non in dubium vocare vellemus. Consultum visum est, ut ita omnis calumniandi præcideretur ratio, omnium oculis subjiceret quod optimè nos sentire certum sit, si cum Beato Brunemanno asseramus, jus compensandi originem trahere ex ipsâ æquitate naturali. *Vid. Brunnem. ad L. 6. num. 1. ff. de Compensat.* Æquum enim est, ut, quod contrario iudicio consequi quis potest, id etiam recto iudicio, quò cum eò agitur, salvum habeat jure pensionis. *Francisc. Hotoman. in Comment. de Action. argument. in bonæ fidei. pag. mihi 177.* Id confirmare videtur Imperator, Pius ille Princeps, qui Juris-Religiosissimus, per legitimos tramites calumniantium iniquita-

A

quita

quitates expellere sibi semper gloriæ duxit. *Præm. In-*
stit. pr. cum dicit: Cur ad arma & rixam procedere pa-
 tiatur Prætor, quos potest Jurisdictione sua compo-
 nere; *L. 13. § 3. ff. de Usufr.* Quæ Lex satis evincit
 (taceam *L. 21. in fin. ff. de Reb. cred.*) Judicem, cum lis
 possit uno Judicio definiri scilicet per actionem & ex-
 ceptionem, non debere admittere pluralitatem judi-
 ciorum, quæ incommoda & sumptus affert: Nisi enim
 in hoc Judicio, quo à me petis, admittatur Compensatio,
 opus erit alio Judicio, quò invicem à te petam,
 quod mihi debes, inquit. *Fransck. in Comment. ad ff. tit.*
de Compensat. & ita damnum sæpè incurrerit Reus. Brun-
nem. ad d. L. 6. num. 1. ff. eod. Quod quantum æquitati
 naturali adversetur, in aperto est. Vult enim & ipsa
 æquitas naturalis, ut suum quisque adipiscatur. Atqui
 ipsius rei interest potius non solvere, quàm solum
 repetere. *L. 3. ff. de Compensat. L. 15. pr. ff. de fidei.* Cum
 ipsi longè præstet intacta ejus jura servari, quàm post
 causam vulneratam remedium quærere. *Arg. L. 5. C.*
in quib. caus. in integr. restit. necess. non est. Accedit,
 quòd minus sit, actionem habere, quàm rem. *L. 204. ff.*
de Reg. Jur. Præterea, neque patitur ipsa æquitas
 naturalis, ut dolo suppedietur refugium: Quin au-
 tem id & ipsum efficeretur, si Judex, spretò Jure, quò
 per exceptionem Compensationis gaudet Reus, se-
 cundùm Actorem decerneret, nulli dubitamus: Ex-
 presæ enim dantur Leges, quæ dictis nostris tuto sunt
 asylo, cum prima fronte ibi animadvertere liceat, a-
 ctori petitionem ejus, quod amplius sibi à Reo proba-
 verit, solam relinquere, *Arg. L. 5. de C. de Compens.* & do-
 lose illum agere, si totum petat. *L. 4. ff. eod. à dolo e-*
 nim

nim non est immunis, qui id petit, quod mox restitu-
 rus est. *L. 2. §. 5. L. 8. ff. de dol. except. L. 173. in fin. de Re-
 gul. Jur.* Pòrrò quis asserere vellet, illum ipso jure
 habere actionem, scui omni hora, omni momento pot-
 est objici Compensatio, per hanc enim & illa infirma-
 tur, ut cum *L. 112. de R. J.* loquamur. Sed cum nunc
 alio sermone declinare nobis Lex sit, sufficiatque
 ostendisse æquitatem Compensationis, tum ratione il-
 lius, qui compensare desiderat, tum ratione ejus, cui
 objicitur compensatio: Ideoque ad rem ipsam nobis
 est properandum.

§. I.

Difficillima & intricatissima in jure est, Com-
 pensationis materia, quæ vel non exactè
 pertractata incautos crassum haud diffi-
 culter rapiet in errorem, quem cum vita-
 re semper intenderimus, eum etiam nunc
 ita à nobis averfuri sumus, ut, si fieri poterit, quisque
 vel invitus fateri teneatur, nos à partibus stare verita-
 tis: Neque finem propositi, felicius assequi posse vi-
 demur, quàm si casum, de quo nobis est quærendum,
 ita clarè, ita distinctè constituamus, ut omni, etiam
 legum planè rudis, quid velimus, capere valeat. Sit
 itaque Casus noster:

Sempronio Civi Vefuntino mille Thaleros Me-
 vius, cui civi Montisbelgardenfi vicissim quingentos
 debet Sempronius: Sempronius ad solutionem mille
 Thalerorum Mevium convenit privatis instrumentis
 instructus. Doli verò minimè capax neque inficiatur
 debitum, neque Chirographorum agnitionem pro-

erastinat Mevius, sed, ne sibi fiat præjudicium, exceptionem Compensationis coram Judice objicit Sempronio: Quæritur, An ad illam debeat admitti, & si admittatur, quid Juris.

Casum affirmativè non sumus decisuri, nisi priùs viderimus, quid sit Compensatio, & quale ad illam obtinendam requiratur debitum.

§. 2.

Definitur Compensatio, quòd sit debiti & crediti inter se contributio, ipso jure, mutuum debitum tollendi gratià facta. *L. 1 ff. L. 4. C. de Compensat.* Quæ ut procedere possit, videtur primò debitum oportere esse verum, & quidem ita verum, ut parùm intersit, an à parte actoris ex obligatione naturali & civili simul. *Carpzov. p. 1. Const. 8. def. 3.* à parte autem Rei ex obligatione naturali tantùm oriatur, plenâ nempe, & quam aliquando saltem pro parte deserit Jus civile. *L. 7. §. 4. ff. de Pact.* Etiam si enim ex pacto jure civili non detur actio, datur tamen exinde jure Prætorio exceptio, cum jura procliviora sint ad defendendum, quam conveniendum. *L. 47. ff. de Obligat. & Actio.* Poterit ergò reus, si conveniatur ad id, quod actori duplici ratione naturali scilicet & civili debet, solvendum, in compensationem opponere id, quod sibi naturaliter tantùm debet actor. *L. 6. ff. de Compensat.* nisi tamen exceptiones ipsam naturalem obligationem perimant, vel effectum impediant, ut exceptio pacti de non petendo, jurisjurandi &c. *L. 95. §. 4. ff. de Solution.* Nihil enim involvit absurdi statuere, eo jure tolli posse obligationem naturalem, quò & ipsa constitit *Arg. L. 35. de Reg. Jur. & §. 1. Instit. Quib. mod. tollit. obligat.*

§. 3. Non

Non autem locum facit compensationi obligatio naturalis Jure civili reprobata, ex illa enim neque actio datur, neque exceptio, neque ullum aliud juris remedium. *Arg. L. 5. Cod. de Legib.* Itaque, si Titius pupillus Seji heres, Cajum conveniat, ut sibi decem aureos, quos Patri suo defuncto debebat, solvat, Cajus, qui Titio jam pupillo sine Tutoris auctoritate, quinque Aureos credit, non poterit pupillo, ex persona defuncti debitum petenti, jus compensandi opponere pro istis quinque aureis mutuo datis, quia pupillum sibi non habet obligatum. *pr. Instit. de Auctorit. Tutor. §. 5. Quib. mod. re contrah. obligat.* Nam assistentia Legis deficit. *L. 59. ff. de Action. & Obligat. L. 41. ff. de Condict. indebit.* cum pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi adpositâ Tutoris auctoritate, credatur, nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est. *L. 189. ff. de Reg. Jur.* Accedit, quod quis non intelligatur damnum sentire, quando ipse in causa est, cur & illud sentiat. *L. 203. ff. de Reg. Jur.* Et imputet sibi, quod in conditionem pupilli non cautiùs inquisiverit. *Arg. Leg. 19. ff. deod.* In iis enim, quæ scire possumus & ignorare non debemus, factum nocet. *L. penult. ff. ad Sctum Macedon. L. 48. pr. ff. de fide iuss. & mandat.* Nos autem hic non de infante loqui, (hunc enim neq; naturaliter, quocunque modo naturalem obligationem accipias, neq; civiliter obligari, extra omnem est controversiam,) sed de pupillò infantia majore nobis sermonem esse, notandum est; quippe qui nec naturaliter quidem obligatur, si obligationem naturalem ratione effectuum, quos in Jure

Civili producit, consideremus. *ob cit. L. 59. ff. de Action. & Obligat. L. 41. ff. de Condiçt. indebit.* Et hoc dictum volumus per obligationem naturalem jure civili improbatam. *Stryck. in notis ad Compend. Lauterb. tit. de condiçt. indebit. voce auctoritate promisit. pag. mihi 344.*

§. 4

MULTò minùs quis poterit illud in Compensationem opponere, quod sibi ex obligatione civili tantùm debetur, cujus exemplum præbet debitum ex Chirographo ante biennii lapsum; Cùm enim ille, qui anxietate consequendi pecuniam, instrumentum confecit, in quo confitetur, se certam pecuniæ quantitatem ab eo mutuò accepisse, quæ tamen ipsi adnumerata non est; neque postea adnumeratur, possit uti exceptione non numeratæ pecuniæ, frustra talis Creditor intenderet cum effectu agere adversùs Debitorem chirographarium, quia pro excipiente hæc semper antè biennium militat præsumtio, se idèd tale confecisse instrumentum, ut eò faciliùs ad id creditorem adduceret, ut pecuniam sibi mutuò daret: Ideoque ad compensationem non potest admitti: Iniquum enim esset, excipientem teneri ad reddendum, quod non accepit.

Simile est judicium ferendum de Obligatione, quam quis metu extorsit *L. 9. §. 3. ff. Quod met. caus.* Licet enim hæc obligatio non obstante metu, *L. pen. C. de inutil. stipulat.* subtilitate Juris. *L. 36. ff. de verbor. obligat.* producat actionem, hæc tamen actio est inefficax; neque obstant verba *§. 1. Instit. de Exception. ibi: & actio, quâ intenditur, dare te oportere, efficax est!*

Hoc enim intelligendum ratione actus primi. *Locamer. in Notis num. 5.* vcl quatenus conventio hæc ad exigendum sua natura est habilis, ut adeò Prator, ex ratione Juris Veteris, formulam & judicem denegare non potuerit. Tamen, cum naturali & æquitatis vinculo destituatur. *L. 3. §. 1. ff. de constit. pec. inefficax redditur ratione actus secundi, L. 1. Cod. si advers. Credit. præscr. oppon. Locamer. d. L.* adeoque per exceptionem infirmata compensationi admittendæ nimis infirma deprehenditur. *L. 14. ff. h. tit.*

§. 5.

Præterea debet esse purum, id est ita comparatum, ut statim, sine ulteriorj dilatione possit peti, quem effectum non producit debitum conditionale. *L. 99. §. 1. & L. 115. §. 1. & 2. ff. de Verbor. obligat.* Neque illud, quod in diem dilatatum. *L. 7. pr. ff. h. tit.*

Ut autem de debito conditionali prior nobis sit sermo: Illud frustra quis vellet in compensationem deducere *Arg. L. 1. ff. h. tit. ibi: crediti & debiti*, quippe cujus obligatio pura & præsens nondum existit, sed in aliquem casum dilata est. §. 4. *Instit. de Verbor. obligat.* Quotiescunque enim sub conditione contracta est Obligatio, toties antè existentiam conditionis nec cessit, nec venit dies. *L. 213. ff. de verbor. signif.* Cum conditionis ea sit natura, ut differat actus obligationem, donec impleatur. *Perez. in Cod. lib. 8. tit. 55. num. 3.* Interim tamen, quò impleta non est conditio, quæ etiam potest nunquam existere, manifestum est, debitum, quod ex eâ pendet, interim non deberi. *L. 56. ff. de conduct. indebit. L. 13. §. 5. de pignor.* Sed tantum spem

spem esse debitum iri. §. 4. *Instit. de Verbor. obligat.*, adeoque incertius & infirmius, quam ut in Compensationem veniat, quæ certum & præsens requirit debitum. §. 30. *Instit. de Action.* Adeo verum est, quod diximus, conditionale debitum omnem compensationem respuere, ut de eò dubitare fas ferè non sit: Neque tanta ullum diutiùs præteribit certitudo, si modò vel reflectat tale debitum, antè ipsius conditionis existentiam solutum, posse repeti. *L. 16. pr. ff. de condiçt. indebit.* Neque mirum! ubi enim nulla obligatio nec naturalis, nec civilis, ibi nulla causa retinendi solutum, *arg. L. 7. eod.* Inde tamen, ne conclusum velis, debitum conditionale omni carere effectu: Licet enim ab initio stipulans stipulationi suæ quamcunque conditionem legibus probatam adjicere possit, imò licet, pendente conditione, nulla obligatio adsit ad præstandum, non poterit tamen semel adjectam vel mutare, vel revocare conditionem; sed debet ipsius exitum expectare. *L. 8. pr. ff. de peric. & commod. rei vend.* non tantum propter jus ad rem quæsitum stipulatori, quod ipsi invito auferri non potest; sed etiam propter spem, quam transmittit in heredes stipulator. §. 4. *Instit. verbor. obligat.* Unde etiam ille dicitur Creditor, cui aliquid sub conditione debetur. *L. 42. pr. ff. de obligat. & action.* Habet tandem hunc effectum hæc qualiscunque obligatio, ut impletâ conditione, cum purum & exigibile redditum debitum, adeoque obex, qui compensationi obstiterat remotus sit, compensationem ejus nihil amplius prohibeat.

Quod autem debitum in diem attinet, illud quidem

dem statim debetur. §. 2. *Instit. de verbor. obligat.* Sed cum peti prius non possit, quam dies venerit. *L. 42. ff. eod.* ideoque neque poterit invito Debitore compensari. *L. 7. pr. ff. de Compensat.* Quod intelligimus sive expressè certæ diei, sive tacitè certi loci adjectione solutio differatur. *L. 9. pr. ff. de reb. Credit. L. 186 ff. de R. J. L. 73. L. 137. §. 2. ff. de Verbor. Obligat. §. 5, Instit. eod.*

Diximus invito debitore, ut inde duo indicaremus, primò diem debere esse debitoris gratiâ ita adjectam, ut faciat partem obligationis, quo casu, cum dies adjectus impediatur debiti petitionem. *vid. supra alleg. text. quæstionem videremur agitare Domitianam, si nihilominus vellemus esse solliciti, an etiam compensationem. Schneidvv. ad §. 30. Instit. de action.* Totum enim medium tempus ad solvendum debitori liberum relinquatur. *L. 70. ff. de solution. & liberat.* adeò ut qui hòc anno, aut mense dari stipulatus est, nisi omnibus anni vel mensis partibus præteritis, non rectè petat. §. *final. Instit. de inutil. stipulat. & l. 42. ff. de Verbor. obligat.* imò plus tempore petere intelligatur. *Mynsing. §. omnis Instit. num. 7. eod. & §. 10. de Except.* Quæ omnia cum hâc restrictione capias, nisi dies humanitatis gratiâ adjectus fuerit, ut e. gr. tempus quod iudicatis datur. *Brunnem. ad l. 7. num. 1. ff. h. iit.* Nam, ut in *l. 16. §. 1. ff. eod.* ictus, dicit; Aliud est diem obligationis non venisse; aliud humanitatis gratiâ tempus indulgeri solutionis: sunt enim puri debitores; imò plus quam tales, qui jam condemnati sunt, ut ait *Mæstert.* in suo *Tractat. de compensat. quæstion. 16. summar.*

4. Si itaque intra iudicati tempora convenient suos Creditores, qui etiam condemnati idem tempus ex

B beac;

beneficio legis consequi possent, compensationem admittere debebunt. Ut taceam quòd Lex humanè cum illis agi nolit, qui ipsi humanitatem non servant: Inhumanum autem sit aspernari idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dicere effecit. *L. 1. ff. Quod quisque jur. in alter. & c. Perez. Cod. ad tit. de compensat. num. 3.*

Secundo id nobis proposuimus ostendendum, quòd volente debitore rectè procedat Compensatio, cum enim in ipsius favorem tempus sit adjectum, poterit ipsius implementum non expectare, nam palàm est penes quemque esse favori pro se introducto renuntiare, *arg. l. 29. C. de pact.* Et nisi id ita esset, haberet conditionem indebiti qui ante diem solvit, quod tamen nemo, qui Juris Civilis vel levi intelligentia præstat, affirmaverit. *L. 10. ff. de condiçt. indebit.* Ut enim dies nondum venerit, cessit tamen. *l. 213. de verbor. signific.* quia, cum dies deficere non possit, non ideo videtur adjectus, ut differret obligationem, sed tantum ut differret solutionem usque ad diei eventum, Uti id benè docet *Dn. Hopp. in Comment. ad Inst. tit. de verbor. obligat. §. 2. Confer. & l. 46. in princip. ff. de verbor. obligat.* Et hæc de additione, quæ infirmum reddit debitum, simplici dicta sufficiant.

§. 6.

Nunc est ut dispiciamus, quid circa additionem alternativam dicendum veniat, & quidem illam inter repugnantia compensationi non inmeritò recenset. *L. 22. ff. de compensat.* ad compensandum enim requiritur, ut debitum hinc inde sit certum, quale non potest

potest salutare debitum alternativum, cum in debitore positum sit eligere quid prestare velit. *l. 10 §. fin. ff. de Jur. dot.* E. gr. debes mihi mille, ego autem tibi aut mille debeo, aut fundum; convenio te, ut mille mihi solvas, non poteris mihi opponere debitum alternativum, quia licet in alternativis debitis utraque res obligetur, id tamen non fit simpliciter, sed indeterminate, ut adhuc debitoris sit electio, utrum velit solvere, cum in ipsius favorem additio alternativa videatur constituta. *Brunnem. ad l. 10. num. 6 ff. de Jur. dot.* quod eligente fundum, compensatio peteretur speciei ad quantitatem, quod adversaretur. *l. ult. Cod. de commodat.* Non est quod nos falsitatis arguas & asserere contendas, Creditoris tamen, si ipsi quis Francofurti vel Lipsiæ aliquid solvere promiserit, electionem esse, ne scilicet in potestate sit debitoris illum ludificare: Præterquam enim quod id indistinctè verum non sit. *l. 2. §. 3. ibi: reum ubi solvat: scilicet ante petitionem ff. de eo quod cert. loc.* distinguendum est inter alternativam promissionem locorum & rerum, de hac nobis sermo est, non de illâ. Neque secundo est, quod objicias ad legatarium electionem pertinere per *l. 19. §. 23. ff. de Legat. 2.* procedit enim id tantum in ultimis voluntatibus, quippe quæ plenius sunt interpretandæ. *l. 12. de Reg. Jur.* Non autem in contractibus, cum in his imputari possit contrahentibus, quod clariùs non locuti sint. *l. 39. ff. de pact.* in ultimis autem voluntatibus nihil fit, quod imputari possit Legatario. confer. *Harprecht. ad Instit. §. 22. num. 19.* Tutius denique non est, quod quærunt alii, refugium, in distinctione inter invitum & voleatam, dicentes, al-

ternativum quidem debitum invito non posse objici in compensationem, bene tamen volenti; eo ipso enim, quo debitor solutionem quantitatis elegerit, non amplius est debitum alternativum, sed certum & liquidum reddidisse intelligitur: Ut adeo in terminis debiti alternativi verè talis compensatio haudquam sit admittenda. *Schneider ad §. Instit. 30. num. 35. & Perez. praef. in Cod. ad tit. de Compensat. num. 17.*

§. 7.

PORRO utrumque debitum debere esse liquidum, est extra omnem controversiam, ostenditque notissimum Jurisconsultorum proverbium: *Liquidum non admittitur compensatio.* Quæ res sanè iurâ non destituitur ratione, cum enim compensatio tollat mutuam obligationem ipso jure. *l. 21. ff. l. ult. Cod. de Compensat. §. 30. Instit. de Action.* Et vice fungatur actualis, & vicissim factæ solutionis. *l. 4. c. h. tit.* injuria creditori fieret insignis, si, quod ipsi liquido & aperto jure deberetur, compensaretur cum eo, quod debitor sibi à creditore vicissim deberi affirmat, tantis tamen ambagibus inodatum, ut Judici difficillimum sui exitum præstet. *leg. ult. C. de Compensat.* Liquidum autem debitum dicitur, cujus causa est justa, veluti ex causa venditi, donati, mutui, locati, legati vel aliis similibus. *l. 31. pr. ff. de acquir. rer. Domin.* quodque certum & indubitatum, quale datur vel ex genere quaestionis, vel ex confessione adversarii, vel ex celebritate probationis.

§. 8. Quæ

Quæ tria membra cum hujus Decisionis præcipuam constituent partem, instituti ratio fert, eum de illis singulatim habere sermonem, qui, si fieri poterit, ad quæstionum non sperendarum explanationem sufficiat.

Et primò, quod attinet debitum ex genere quæstionis liquidum, illud tale esse dicitur, cum non de facto, sed de jure inter debitorem & creditorem disputatur: Jus enim omne per se certum est, illudque Judex ipse scire, & non à litigantibus discere debet, secundum vulgatum illud in Curiis Galliarum celebratum: *venire ad factum, Curia novit Jus*: Unde etiam *Aristoteles* 1. *Rhetor.* 1. Illorum, qui litigant, est demonstrare tantum rem ita se habere, vel non; Utrum vero justum vel injustum, ipsum Judicem cognoscere oportet, atque nullatenus à controvertentibus addiscere. *arg. l. unic. Cod. ut qua desunt Advocat. & ibi Perez.* Ut ecce Mevius debet Titio centum Thaleros cum usuris, postea Titius Mevio quinquaginta debere incipit, sed sine usuris: Interea Titius Mevium convenit ad solvendum sibi centum cum usuris; Mevius bonâ fide suum debitum confessus, contendit Titium sibi vicissim debere quinquaginta, ideoque opponit ipsi compensationem: Titius debitum quinquaginta thalerorum non diffitetur, sed negat Mevio propterea competere compensationem, ob maximam, quæ inter debitum usurarium, & inter illud, cui nullæ annexæ sunt usuræ, intercedit disproportionem: Judex itaque determinabit compensationi maximè esse locum, & concurrentis apud utrumque quantitatis usu-

ras non esse præstandas. *L. 11. ff. l. 4. Cod. de Compens.*
quia Mevius non est in mora, & æquitas compensationis
excludit quæstionem usurarum, id est, ab eò tempore,
quo Mevio quinquaginta debuit Titius ratione
omnium centum usuras petere non potuit, quippe
cùm pars compensatione ipso jure fuerit sublata.
Brunnem. ad l. 5. num. 2. Cod. de compensat. Item ego
Cajus Sejo vendidi ædes mille Imperialibus, & ipso
post traditionem ædium in solutione prætii aliquan-
diu cessante, contingit me ipsi ex mutuò vel aliâ justâ
tamen certâque causâ alterum tantum debere incipe-
re; Ideoque ipsi debitum petenti compensare volo &
pretium ædium venditarum, & intermedii tempo-
ris usuras, ille & debitum sortis & moram fatetur, se
tamen ideò ad usuras mihi Cajo obstrictum negans:
Judex eò in casu debiti principalis primùm; illud e-
nim ex confessione actoris liquidum est. *l. 4. C. l. 11. cum
seq. ff. h. tit.* de quò postea: Deinde etiam usurarum
admittet compensationem: cùm certi Juris sit, eas in
bonæ fidei judiciis à tempore moræ deberi. *l. 32. l. 17.
§. 3. ff. de usur. l. 2. Cod. de pos. l. 17. Cod. locat.*

§. 9.

Est secundo quod dicamus de debito ex confessione
adversarii liquido, quod quidem tale nobis vide-
tur, cùm is fatetur se tantundem debitori suo eidem-
que creditori ex hâc vel illâ causâ debere. *leg. ult. §. 1.
Cod. h. tit.* Confessio enim tanquam probatio ceteris
omnibus certior & firmior, omnem controversiam
tollit. *l. 3. C. Quib. ad libertat. proclam. non licet. & toto
tit. ff. de Confess.* Quod tamen de confessione vera sive
pro-

proprie ita dicta capias, quippe quæ ab arbitrio confitentis dependet, quod interdum per se & intrinsicè movet ipsa conscientia, quæ veluti præco Legis naturæ, non tantùm homini suggerit, quid in vitâ hâc fieri, aut intermitteri oporteat, quid justum, aut injustum, honestum aut turpe sit, sed etiam ea, quæ jam facta sunt, mille testium instar in memoriam revocet, surdo verberè cædit, urit, urget, lancinat, donec aulæum tollat, & veritatem in lucem producat. Unde tanquam lite & controversia omni sopita, quâ compensatio aliquo modo inhiberi potuisset, nihil superest, quàm ut Judex eam in condemnatione attendat, & reo mutuum debitum confessum reservet, cum enim nullæ sint partes judicantis in confitentes, ideoque non licebit Judici ab illâ confessione recedere. *l. 25. §. fin. ff. ad Leg. Aquil.* Diximus notanter in *condemnatione*, quoniam enim confessus pro judicato habeatur tantùm, non tamen sit judicatus, inde à Judice condemnandus erit. *l. 3. & 5. ff. de confess.* Modò tamen vera illa confessio fiat, vel verbis ore prolatis. *l. 13. Cod. de non numerat. pecun.* iisdemque ad religionem Judicis instruendam idoneis & claris: Confessio siquidem, quæ non perspicua est, & certa, sed dubia & obscura, pro non facta habetur. Hinc si interrogatus: an debeat Mevio centum, respondeat: opusne est interrogatione? *Ist es auch fragens werth?* vel Gallicè: *Voilà une belle demande?* non confessus censetur debitum, nec præjudicat confitenti, quia interpretatio facienda contra eum, qui se fundat in confessione, ut suam impleat probationem. *Brunnem. ad l. 6. num. 2. ff. de confess.* sunt enim hæc verba adeo dubia & ob-

& obscura, ut in sinistram partem & negativè quoque accipi queant. *Carpzov. Jurispr. forens. part. 4. const. 20. def. 9. num. 5.* Multò minùs confessus videtur adversarius, qui debitum sui debitoris & creditoris dicit imaginarium, ens rationis: quia, licet talia ipsius verba, sic etiam accipi possint, quasi dictum voluisset, illud ratione istius, quod vicissim sibi debetur, esse sublatum: Adeò tamen sunt implicata, ut adhuc magis sit sentire, quod exinde minus scire inferatur, illum æris sui alieni haudquaquam defugisse confessionem: Paria autem sunt nihil, & obscure respondere. *l. 11. §. 7. ff. de interrogat.* Potest & secundo literis fieri confessio. *l. 13. Cod. de non numerat. pecun. l. 26. ff. de pos.* Tertiò etiam nutu fieri potest, licet enim hæc nota in variis negotiis ad voluntatem declarandam non sufficiat. *l. 29. Cod. de testam.* inde tamen statim non sequitur, illam in nullis cum effectu adhiberi posse; Imò quin in plurimis confessio quoque nutu e. gr. capite vel similiter facta, valeat atque subsistat, nulli dubitamus. Expressè enim docet Modestinus Jctus pleraque solo nutu, consistere. *l. 52. §. 10. ff. de obligat. & action.*

Exinde tamen quod diximus debitum ex confessione adversarii posse fieri liquidum, minùs est quod colligas simplicem adversarii negationem debitum reddere illiquidum; hoc enim absurdum foret. *Messert. in Tractat. de Compensat. quest. 14. num. 9.* Cùm, si sola adversarii inficiatio talem sortiretur effectum, facillimus quisque ad illam decurrens, compensationem, justissimum viri probi refugium, foret interversurus. *B. Brunnem. ad l. 6. num. 8. ff. h. tit.* Et ita pessima

mæ farinae hominibus via panderetur, bonos opprimendi, illique horum pietate abuterentur in summam eorundem injuriam, quod quantum Juri Divino & Juri naturali repugnet, nemo est, quin facillè deprehendat: Quibus incommodis obviam iturus Imperator, illud etiam liquidum censeo, cujus in promptu est probatio, voluit. decrevit. *l. ult. §. 1. Cod. h. tit.*

§. 10.

Quod quidem summâ ratione constituisse videtur IMPERATOR: cum enim providerit, ne à parte actoris reo quicquam contingeret præjudicii, ipsiq; arma, quibus iniquos illius comprimere posset impeditus, suppeditaverit, æquitati parùm consulisset, si reo plus justò favens, actori prorsùs defuisset: Nota quippe est reorum in genere nequitia, notus simul & naturâ eis insitus ad tergiversandum genius, qui (maximè cum probationem in promptu non habent,) eos inducit, ut potius moratorias ambages quarant, quàm ideò, quod sibi aliquid vicissim deberi putent, compensationem objiciant: Idcirco, ad refranandam reorum malitiam & anteventendum aliàs imminens actori incommodum, necessaria fuit constitutio, quâ sanciretur, compensationem de debito saltem opponi oportere, quod in continenti probari potest. Satis enim miserabile esset, post multa variaque certamina, cum res jam fuerit approbata, tunc à reo, qui iam penè convictus est, opponi compensationem jam certo & indubitato debito, & moratorii ambagibus spem condemnationis excludi. Uti eleganter loquitur Imperator in *L. ult. §. 1. de Compensat.* Vocabulum autem in *continenti*, non adeò strictè

C

strictè

strictè accipiendum est, quasi probatio compensatio-
 nis ipso momento, quò obijcitur præcisè exigenda
 esset; Sed cum grano, quod ajunt, salis, sumi debet,
 & quidem ita, ut sufficiat si intrà breve tempus absque
 longiore morâ fiat. *arg. l. 3. pr. ut in posses. legat. serv.*
 Quale autem illud breve sit tempus, per quod reo in-
 cumbit debitum suum probare, Jure non reperitur
 definitum, neque usquequaque expeditum; sed po-
 tius est, ut id arbitrio Judicis relinquatur, qui ex cir-
 cumstantiis probè prudenterque judicare noverit, an-
 reus conventus malitiosè moratorias ambages ne-
 cètat, & temporis tantùm trahendi causâ compensatio-
 nem obijciat, an vero debitum probabiliter subsit, ad-
 eò, ut, si omnibus æquâ judicii lance perpensis cir-
 cumstantiis, reum non calumniosè compensationem
 opponere, præviderit Judex, vel exinde quòd reus a-
 ctori ædes suas per longum tempus locaverit, vel
 quòd mercator fertè merces ipsi vendiderit &c. reum
 ad celerem intentionis suæ probationem admittere
 non dubitet; Quam si ritè adimpleverit, Jure, quò
 gaudet, compensationis prudentior sit, quàm ut illum
 privet: Imò, licet contra rem judicatam compensa-
 tionem imploret reus, & condemnatus nullam am-
 plius habeat ad solvendum dilationem, ipsi ab Impe-
 ratore concessum non recuset beneficium. *L. 2. Cod. de
 Compensat.* Ubi, quæso, videas quantum hallucinen-
 tur illi, qui contra instrumenta guarentigiata excep-
 tionem compensationis de Jure opponi huud posse
 posse contendunt, quantum imò à convenienti Jæto
 prudentiâ sint alieni, cum, falso illo fundamento nisi,
 condemnatoriam contra reum non verentur ferre

fen-

sententiam. Quasi verò, instrumenta guarentigata majorem vim haberent, quam ipsa res judicata habet. Quasi verò res judicata paratam minimè haberet executionem. *B. Brunnem. ad L. 2. num. 2. & 3. Cod. de Compensat.*

§. II.

HAud abs re forsàn erit, Benevolum Lectorem admonere, illa non esse strictè & indistinctè accipienda, quæ de celeri probatione supra habuimus, sed eò tantùm in casu illam necessariò requiri, si reus primò negaverit debitum, deinde verò post longam disceptationem convictus compensationem opposuerit. *L. ult. §. 1. ibi: satis enim miserabile est post &c. Cod. h. tit.* Tergiversationis quidem præsumtionem omninò non effugiet homo, qui, tunc demùm lite jam penè expedità, Jure compensationis uti præ tendit, nisi per promptam debiti probationem palàm faciat, se adhuc in bonà fide esse constitutum, quâ deficiente, Judex strictò Jure utens processum sententia terminali componet, debitumque illud, quod vicissim sibi deberi contendit, cùm altiorem exposcat indaginem, alii judicio reservabit.

§. 12

ILle autem minimè præsumitur eludendi ac tergiversandi causà excipere, & moratoriis ambagibus spem condemnationis excludere velle, qui statim in initio litis debitum professus, actorem sibi quoque debere protestatur, ideoque nullo negotio ad compensationem admittendus, etiam cum illiquido de-

C 2

bito -

bito: Quæ sententia, præterquam quod faciat ad minuendas lites (quarum frequentia & diuturnitate nulla major in Republica pestis, fortunas enim vitamque civium vel profusus exhaurit) æquitati & verbis Legis conformior videtur. *arg. l. ult. §. i. ibi: litem autem pristinam jam penè expeditam.* Talemque haud absurdè salutat Vir Eruditione sua & pietate longè Celeberrimus Beatus *Brunnemannus in Responsis suis Academicis. Consil. 124. num. 9. ibi: So viel aber die Exceptionem compensationis betrifft/ so wird zwar von etlichen Rechtsgelehrten davor gehalten/ und ist solche Meinung den Rechten gemäß/ quòd reus, quando ab initio fatetur debitum, & ita bonam fidem agnoscit, etiam cum illiquida compensatione debeat audiri. Cùm autem contrariam sententiam teneant multi: veluti Tyndarus de Compensat. art. 8. num. 37. Trentacing. lib. 3. resal. 1. de Compensat. qui putant, id tantùm obtinere, quando actor sublevatur probatione, & debitum suum aliàs opus habuisset probare per testes, addit summus Vir, id non impedire, quominus reus suum Jus obtineat. ibi: Wir vermeinen aber/ daß dessen ungeachtet gleichwol per Exceptionem compensationis das illiquidum debitum fan in judicium gebracht werden. Neque ab his alienus est Dn Doct. Mejer. in Colleg. Jurid. Argentor. tit. de Compensat. num. 10. sub fine. Ipsi enim hæc verba sunt: sed decurrit suo ordine & fato lis ea, cui initio objecta est compensationis æquitas, etiamsi de actoris Jure jam constitit, ut proinde non sit opus ad compensationis rationem demonstrandam à Judice tempus definiri. Huic adstipulantur Viri Excellentissimi, Obrecht. 1. Diff.*

Disp. 14. th. 243. & seqq. Vinn. l. 1. quest. 50. Bachov. ad
Tr. V. 1. Disp. 25. th. 8. lit. g. Lauterbach. in Colleg. Theoret.
Pract. tit. de Compensat. §. 25. sub fin.

§. 13.

REUS autem cum Compensatione illiquida non
ideò auditur, quòd facile contingere posset, ut,
si debiti petitionem in aliud iudicium remittere coge-
retur, interea desineret creditor esse solvendo, atque
ita ipsius, quod sibi debetur, jacturam faceret, cum
inanis sit actio, quam excludit inopia rei, L. 6. ff. de
dol. mal. Et licet *Donellus* ad l. ult. num. 9. Cod. de *Com-
pensat.* & alii Doctores, etiam magni nominis, oppo-
sita sententia sint adstricti, malum tamen hoc loco
facere cum *Maslerio*, qui *Donellum* hâc vice meritò
corrigit: Et maximè, si à parte actoris vel dilapida-
tionis, vel futurae inopiae justum subesset periculum,
esset adhuc, quò rei securitati consuleretur, & qui-
dem per debiti liquidi apud acta depositionem, quam
alii vocant *nantissement*. Hòc enim pacto, illud non
consequetur creditor, nisi cautione præstita de resti-
tuendo quantum contigerit adversarium probare vi-
cissim sibi deberi: Ut ita animadvertere liceat talem
metum omni carere fundamento & malè audire cau-
sam impulsivam admixta compensationis. *Masleri. in
Tractat. de Compensat. quest. 15. num. 3.*

§. 14.

SED ideò, quòd Constitutiones novæ strictissimè
sint accipiendæ: Atqui certum est, *Legem ultimam*

§. 1. *Cod. de Compensat.* Sermonem facere de illo, qui dum calumniolis instantiis juri actoris certo diu factis obstiterit, omnibus tandem quibus ulterius Damnariorum Judicis calculum subterfugere possit, captioribus destitutus Compensationem opponit: Dicit enim Lex; Ita tamen Compensationes objici jubemus, si causa, ex qua compensatur, liquida sit, & non multis ambagibus innodata, sed possit Judici facilem exitum sui præstare. Satis enim miserabile est, post multa fortè variaque certamina, cum res jam fuerit approbata, tunc ex altera parte, quæ jam penè convicta est, opponi Compensationem jam certo & indubitato debito & moratoris ambagibus spem condemnationis excludi.

Secundò, quia iniquum esset, reum, qui se alterius debitorem bona fide confessus contendit vicissim sibi aliquid deberi, non admitti ad ejus probationem. *arg. L. 1. Cod. de probat.* Cum in illum non cadat tergiversationis præsumptio, qui statim ab initio solutionem ejus, quod amplius sibi deberi probaverit actor, pollicetur. Ergò cessante legis ratione, debere & ipsius cessare dispositionem indubitato sequitur.

Tertiò, quia odiosa non sunt extendenda *C. odia 15. de Reg. Jur. in 6.* cum id absurditate non careret, bonæ fidei Litigatorem poenas subire, quæ vel solum calumniatorem tenere debent.

Quartò, quia forsitan reus actori usurariam, actor autem reo sine usuris debet pecuniam: Quæ & ratio non potest non evincere, imò & rerum summa affectum injuriæ fatebitur acer sententiæ oppositæ defensor, si à compensatione eum repellat Judex: Nam
præ-

præterquam quòd per indirectum id cogeretur præstare, ad quòd directò non obligatur (illum quippe ad solutionem usurarum antè elapsum diem non teneri certum est,) usque ad diem finiti processus usuras astringeretur pernumerare, quas tamen, admisâ compensatione, ex momentò mutui debiti desinere satis superque probant, *L. 11. & 12. ff. h. tit.* sicut infrà monere animus est.

§. 15.

Nequè obstat dictis, quòd actor instrumentis privati fulciatur, quæ, cum ipsa in iudicio lubens, & uti par est, recognoverit reus, faciant plenam probationem. *L. 26. §. fin. ff. de pos. a d. quam potest videri Brunnem. num. 11.* ut ita frustra animo dubius fluctuare videatur Judex, an reum in solutionem debiti, quòd illa complectuntur instrumenta, condemnaturus sit: facilis enim est responsio, & quidem ex suprâ propositis, cum, si contrà instrumenta guarentigiata opponi possit compensatio, multò magis contrà talia instrumenta, quæ ad suam perfectionem recognitionem Rei requirunt, id obtineat: Deinde & hoc accedit recognitionem Chirographi, à reo factam, actori hic non prodesse, quin potius id commodi reo promoveat, quòd bonam ipsius fidem prober. Denique non est quòd queratur actor, reum, spretâ ipsius ab initio petita compensatione, non condemnari ad solvendam debitum, cum tamen nihil justius, quam illud solvere, quòd debetur: Compensationem enim, & quidem meritò pro solutione haberi, probasse reminiscimur.

§. 16.

§. 16.

NEque obstat, quod actor Reum antè sex annos, Reus autem actorem antè biennium saltem sibi habeat obligatum; Non enim à toto corpore Juris reperietur scriptum, utriusque debita, ad id, ut invicem compensentur, eodem tempore debere esse contracta: Cujus tamen probationem non existimo quem in se suscepturum esse ideò, quod in *Lege quarta Cod. h. tit.* legatur, *ipso jure pro soluto compensationem haberi oportere ex eò tempore, ex quò ab utraque parte debetur. L. 4. Cod. h. tit.* Ille enim omninò se deridendum propinaret, si adeò ineptas eruere moliretur consequentias, nisi forsàn ad sui purgationem sanguinem ex silice posse deduci contenderet: Et sanè, tantùm abest, ut ex sententia succedat consilium, quin potiùs concludere liceat, illam legem magis confirmare, quàm evertere, cui hic subscribimus, sententiam. Quin imò nullum subesset debitum, si accepta statim restitueretur pecunia.

§. 17.

PAriter nec infert, quòd actor sit Vesuntinus, Reus Montisbelgardenfis, neque enim à Legibus requiritur, ut mutui Debitores eundem agnoscant Judicem: Ut ita minùs securum censeatur quærere præsidium, qui argumentò *Legis prima Codicis h. tit.* contrarium stabilire intendit, cum in illo tantùm decidatur, quod de una statione in aliam compensatio in causà fiscali non detur, nec audiatur debitor unius stationis, si ab alia statione debitum sibi compensare cupiat:

cupiat: Quia cum officia fiscalia inter se distincta sint, apud hæc quippe vectigalia exiguntur, apud alia tributa, vel poenæ fiscales, ideò non debent inter se confundi, & intricari rationes diversarum stationum. I. Quia hæc confusio non solum noceret Stationibus, & Officiariis, sed etiam esset contra Administrationem ipsam. Nam si Statio hujus loci cogere- tur admittere compensationem eorum, quæ alii stationi debentur, cogere- tur inquirere, quomodo altera statio ageret, & inspicere, an bene vel male rem gereret, vel administraret, ac ita oneraretur hæc Statio ultra quàm administrationi proposita est. II. Quia ex hac confusione maximum crearetur Fisco præjudicium, nam cum altera Statio ignoret in quantum debitor suus alterius Stationis Creditor est, implicarentur officia variis cognitionibus, & veniret aliquando, ut compensato jam debito cum Statione cui debebat, iterum debitum petat ab altera cui erat debitor. Quod quia ferendum non est, Princeps rescriptis, compensationi in causa fiscali, ita demùm locum esse, si eadem Statio quid debeat, quæ petit, id est, modò fiat compensatio in debito & credito ejusdem Stationis. *Schütz in Compend. Lauterb. ad tit. de Compensat. Brunnem. ad L. 1. Cod. cod. Et Mastert. in Tract. de Compensat. qu. 14. n. 9.* Quod, quia inter privatos non sit metuendum, ideoque inter ipsos, etiam diversæ Jurisdictionis, obtinere jus invicem compensandi evincit vel sola *Leg. 36. ff. de administr. Tutor.* Imò contra fiscum ipsum quoque certis in casibus admitti Compensationem extrà dubium est. *Struv. exercitat. 21. thes. 23. num. 2.* Etiam cum debito illiquido

D

quo



quo in casu conceditur ipsius Debitori tantum ten-
pus ad liquidandum, quantum indulgetur ad solven-
dum. *Marc. Anton. Peregrin. de Jurib. & privileg. ff.*
lib. 6. t. 7. num. 15.

§. 18.

Neq; tandem in actorem quicquam exinde redun-
dat præjudicii, quòd reus aëtori in majorem pecu-
niam sit obligatus, quàm actor illi; necesse enim non
est, æquale sit utrumque debitum, ut ita, si aëtori
ducentos thaleros reus, reo autem centum debeat
actor, petitio ejus, quod amplius huic debetur, sola
relinquatur. *L. 5. Cod. h. tit. & quoad concurrentem*
quantitatem sit admittenda compensatio, quasi in reli-
qua summa liberatus sit reus. Perez. ad Cod. h. tit.
num. 2.

§. 19.

Quæ omnia ipsi veritati consona, modò quantita-
tis ad quantitatem peratur compensatio. *L. 8. Cod.*
h. tit. speciei enim ad quantitatem non datur. Quod
rationibus adeò solidis niti videtur, ut contrarium
quis tuto tueri nequeat, nisi quoque stabiliat, quòd a-
liud pro alio invito Creditori solvi possit: Quod tamen
assertum cùm juri ipsi contrariaretur. *L. 2. §. ff. de reb.*
Cred. magis arridet Legibus conformior dissentientis
Domini Struvij Sententia. vid. ipsius Syniagin. Jur.
Civ. Exercit. 21. th. 17. addatur & Brunnem. ad L. ult.
num. 5. Cod. h. tit. Solveretur autem aliud pro alio, si
compensatio speciei ad quantitatem concederetur,
cùm

cum, uti jam sæpè dictum, compensatio sit quasi solutio. Accedit & hæc certissima ratio, quòd nemo cogatur emere. *L. 16. Cod. de Jur. deliberand.* Quid autem aliud efficeretur, si daretur compensatio speciei ad quantitatem? Certè cogeretur ita Creditor, cui pecunia debetur, emere illam rem quam detinet. *Brunnem. L. proximè cit.*

§. 20.

AD eò verum est, quod diximus, reum admittendum esse ad Compensationem, ut, etiam in casu, si juraverit, se soluturum, idem sentire non vereamur, quia non ille solus, qui pecuniam numeratam præstitit, verùm omnis omninò, qui ab ipsa obligatione liberatus est, solvisse dicendus. *L. 4. §. 7. ff. de re judicat.* Atqui liberatus est, qui compensat. *L. 10. pr. b. tit.* Et nihil interest solverit quis, an pensaverit. *L. 4. ff. Qui potior. in pign.*

Ratio & hæc addi poterit, jusjurandum nihil operari præter intentionem ejus, qui illud præstat. *L. fin. & ibi Brunnem. Cod. de non numer. pecun.* Ille autem, qui jurat, se soluturum esse, religiosè promittit id tantum quod debet; si compensaverit itaque, non potest cogi ut solvat: cum sine injuria à nemine id possit exigi, ad quod obstrictus non est, atqui qui compensat, nihil amplius debet, cum vi compensationis à primo momento, quo incepit esse mutuum debitum, ipso jure sublatum sit: Inanis ergò erit contrà illum actio, quamvis, cum juraret, actualem pecuniæ numerationem intellexerit: Religio enim juramenti, uti modò jam inauimus, ad casum secuti mutui debiti ex improvi-

so contingentē non est extendenda, nam omnia negotia sub hāc fiunt conditione. **Rebus sic stantibus.** *L. 38. pr. ff. de solut. & liber. vid. Dn. Lauterbach. in Colleg. Theoret. Pract. ad Pandect. tit. de Compens. §. 6.*

Et sanè non differt hoc casu Compensatio à solutione etiam strictè dicta, nisi, quòd hęc fiat per enumerationem actualem ejus quantitatis, quæ debetur, illa civiliter per debiti & crediti inter se contributionem; sed cum utraque debitum ipso jure imminuat, tollat ac perimat, non poterit actualis annumeratio quantitatis debita, per Jusjurandum sustineri; utpotè quæ intuitu debiti merum est accidens, quod, sublato principali, non potest subsistere; Jusjurandum autem debiti exsolutionem determinat, non accidentis sine subjecto supersticiosam conservationem.

His tamen liceat notare, quòd non existimemus, debitorem juramento ad solutionem obstrictum non se liberare à perjurio aut malæ conscientia periculo, si procuravit posterius debitum mutuum; sed tunc, si ipsi non quarenti obtigerit: imò si quis possit solvere, securius faciet, si solvat.

§. 21.


PAtet autem; ni fallimur, ex suprā dictis nos non dissentire à *Grotio de Jur. B. & P. lib. 2. c. 13. num. 20.* cum satis colligere liceat, nobis de illo tantum debito sermonem esse, quod post juramentum supervenit, non autem de debito, quod tempore Jurisjurandi suberat, nam quod in illo casu defendere fuisset ridiculum, summa cum ratione poterit statui, nimirum

tum verisimile esse. illum, qui tempore quo mutuum debitum subest, jurat se esse soluturum, renuntiasse compensationi, & quantitatem debitam annu-merare velle. *Dn. Struv. in Syntagm. Jur. Civ. Exercit. 21. th. 27.*

Possent adhuc plurima adduci, quæ ad illustrationem hujus casus non parùm inservirent, si modò vel temporis ferret ratio, nisi que urgens domum re- petendi incumberet necessitas: Ideoque properamus ad finem hujus Decisionis, quia maturandus est red- itus.

Premiis itaque illis omnibus, quæ ad proban- dum quod Mevius ad Compensationem admitti de- beat, vel magis necessaria nobis visa sunt, instituti ratio fert, vel paucis ostendere, qualem in Jure effe- ctum habeat Compensatio, & quid inde redundet in Mevium.

Effectus Compensationis præcipuus is esse vide- tur, quòd retrò vires suas exferat, à die scilicet con- currentiæ utriusque debiti, i. e. à die, quo utrinque debita esse coeperunt, *Hopp. Comment. ad Instit. §. 30.* ita ut ex illo ipso tempore debita illa ipso jure, per com- pendium quasi & brevi manu, pro concurrente sum- ma tollantur & extinguantur. *§. 30. Instit. de Action. l. 4. l. 10. pr. l. 21. ff. l. 4. l. fin. Cod. de Compens. perinde ac si debita naturaliter essent soluta. Francck. h. tit. num. 18.* Unde quemadmodum vera & naturali præstatione e- jus quod in obligatione continetur omnis obligatio tollitur. *pr. Instit. quib. mod. toll. obligat.* ita quoque ad- hibitâ compensatione, cum itaque sublato principali accessòrium subsistere nequeat. *c. 42. de Reg. Jur. in 6.*



ita compensatio unà cum obligatione principali accessiones omnes ab ipso momento concurrentium debitorum tollat. *L. 43. ff. de solut. Brunnem. ad l. 5. num. 5. Cod. h. tit.* Debiti ergò compensatione extincti usura currere desinunt. *L. 7. Cod. de sol. t. l. 4. Cod. h. tit. Conf. Lauterbach. in Colleg. Theoret. Pract. h. tit. §. 25.* sive utrinque debeantur, *L. 14.* sive ab altera parte tantum. *Leg. 11. ff. de Compensat. Solvuntur pignora. L. 12. Cod. eod. arg. l. 43. ff. de solut.* Si tamen integri debiti compensatio sit facta, secus si partis tantum: nisi residuum quoque sit solutum, aut creditore accipere nolente, oblatum, consignatum, depositum. *L. 12. Cod. h. tit.* fidejussores liberantur. *L. 4. ff. h. tit.* nam exceptio compensationis est realis. *Brunnem. ad d. l. 4.* modo totum debitum fuerit compensatione sublatum, nam si immunitum tantum sit, obligatio fidejussoria integra manet. Nam uti sæpè jam dictum Compensatio est instar solutionis.

Claudatur tandem & hæc Decisio per argumentum à Solutione ad Compensationem desumptum; & quidem ita: Quemadmodum ubi ex pluribus causis debetur, est Debitoris statuere & dicere quod debitum potius voluerit solutum. *L. 1. l. 101. §. 1. ff. de solution. h. 1. Cod. eod.* ita & cum creditori suo objicit compensationis exceptionem, penes eum stat arbitrium, quod debitum voluerit compensatum: A solutione enim ad compensationem legale & rationabile argumentum est. *Vid. Mev. Decis.*

part. 1. Decis. 116.

SOLI DEO GLORIA.

Invi-



I.

Invidia, Odium, Calumnia.

en conspiciate hujus, quem

Prosternere, Destruere, Perdere

omnis vobis animus erat.

Coronas, Elogia, Laudes

quibus,

ab omnis conditionis hominibus, imò quod mitum ab
infentissimis suis hostibus.

Ornatur, Condecoratur, Coronatur.

videte mecum summa cum admiratione admiremini qua cum

Magnanimitate & Gratiâ.

illum.

è vestris faucibus benignè eripuit.

Magnus noster Heros

Pater Patriæ. Musarum, Studioforum Gratiostissimus

Mœcenas & Protector.

Conserva ipsi *Summe Princeps* hanc ipsi oblatam Gratiâ
fatentur omnes Argentinae

Magni Viri

quod laudandus vivendi modus, Egregia ipsius

studia, non exigua ipsius merita

HAC digna sint.

Det ipsi summum Bonum Deus.

His è Musa meâ ceu malleo Nobilif.

fimi Domini Authoris merita delineavit

ipsius paucis Amicus optimus

P. A. Titot, Med. Licent, Montisb.

II.


Læter an indignè dubiè sanè ambigo: *Causa*
Anceps cur plaudam, cur doleamque subest.
Pandit iter Themis ad fasces Tibi, gaudeo; Plango
Nempe iter à socio, suavis amice, paras.
Utile profèqueris, meritis sèctaris honores,
Dulce ego. dulce quidem perdo sodalitiùm;
Sed quid mens hares, quare ambigis? Utile dulci
Prævalet, & semper prævaluisse reor.
Cedo lubens: Patriis, i, rebus & Utilis esto
Dulce erit intereà mi meminisè Tui.

Hæc Nobilissimo Dno. Inauguraliter Disputanti
certissimum perennis amicitie suæ archæ
bonem esse cupit

Sebastianus Masson, SS. Theol. Cult.
Montisbelgard.








ULB Halle

3

007 430 787







B.I.G.

Farbkarte #13



D.
INAUGURALIS
us Practici

SENSA- BUS

Numine
atque Consultissimi

entoratenfium
TATE,
s in Utrouque Jure
ivilegiis
LIBUS

Examini
AS GOGUEL,

M DCC IX.
fuetis.
RATI,
DERICI SPOOR.

11
M
1709,9

